similiter et glisco cresco fario et quatio. Nullum habent praeteritum. Meminerís tamen
inchoatiuae formae uerba in praeterito deficere. participiis tamen uerbalia
tamquam praesentis temporis alia futuri ab auctoribus usque in praesenti deficit. sum et quae ex eo adiec
tis praepositionibus componuntur. praeter duo absens et praesens quae a uerbis absum
et praesum ueniunt et cum uerbum in participio. Nominatiui casus numeri singularis deficit
in ceteris recte declinatur. Composita quaedam et ita Nominatiuum habent. ut
praeteriens habiens; futuri temporis participia non habent. inprimis uerba for
mae inchoatiuae ut horresco calesco et his similia. Deinde omnia secundae
coniugationis quae sunt neutri generis et in formam transeunt inchoatiuam
ut horreo caleo tepeo. Niteo pateo splendeo uigeo rigeo floreo paueo rubeo tabeo
madeo ureo stupeo tumeo sileo palleo ferueo timeo lateo. Nam et haec assump
tis praepositionibus faciunt inchoatiua ut est pertimesco delitesco; Ualeo
tantum cum faciat [illegible] conualesco in participio futuri temporis minime de
ficit. Nam ualiturus dicendum est. Sunt alia praeterea quae non transeunt in
formam inchoatiuam eiusdem generis et coniugationis et nihilominus in par
ticipiis futuri temporis deficiunt ut egeo moereo polleo caleo studeo. Prae
ter haec et uolo caret participio futuri temporis et nolo quoque ex illis compo
fecio nuntur. similiter et metuo fluo sisto tremo sero disco posco furo. quier sitio
praeterita bant utriusque temporis participiis carent. Inpersonalia omnia de quibus supe
rius docuimus et defectiua illa uidelicet quae ordine declinari non pos
sunt ut aio quaeso inquam faxo salue aue cedo. similiter et soleo; Sunt uer
ba quae in prima persona confusa habentur quorum significationem in secun
da persona coniugationis discernit; a uo uendo dico dicas correpta priore
syllaba dico dicis producta; a fundendo fundo fundas a fundendo fundo
fundis a uolando uolo uolas a uolendo uolo uis clamo appello appel
[illegible] las repello appello appellis clamo compello compellas cogo compello
compellis a mandando mando mandas manduco comedo mando mandis
sunt alia quae ex diuersa forma praesentis temporis in praeterito confun
confunduntur. [illegible] paueo paui pasco paui cerno creui cres
co creui cerno pendeo pependi pendo pependi acuo acui aceo acui lugeo luxi luceo luxi pen
deo.